**Zeitschrift:** Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz

**Herausgeber:** Historischer Verein Zentralschweiz

**Band:** 3 (1846)

**Artikel:** Urkundenlese aus dem Cistercienserkloster Frauenthal : 1261-1300

**Autor:** [s.n.]

**DOI:** https://doi.org/10.5169/seals-109788

**Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Mehr erfahren

**Conditions d'utilisation**

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. En savoir plus

**Terms of use**

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. Find out more

**Download PDF:** 18.04.2026

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, https://www.e-periodica.ch**

# A.

# Urkundenleſe
aus dem
# Ciſtercienſerkloſter Frauenthal.

**1261 — 1300.**

(Fortſetzung.) [1])

## 1.

### 1261, 19 Jänner.

Volricus Nobilis de Regensberg venditionem et traditionem bonorum in Affoltre conventui vallis S. Mariæ a milite Chvonrado de Steinimur factam affirmat.

Abgedruckt bei Neugart Cod. diplom. Allem. II. 241.

## 2.

### 1262, 3 Jänner.

Mechtildis dei gratia Abbatissa totusque conuentus Monasterii Thuricensis ordinis sancti Benedicti Constantiensis diocesis. vniuersis Christi fidelibus | presentium inspectoribus affectum caritatis. Nouerint quos nosce fuerit oportunum. quod nos decimas Monasterii nostri sitas in Kamowo. | videlicet in der huobe. Marlachun. Mathon. An der Rvse. Blindengiessen. Vfen den Egerdon. quas a nobis et nostro Monasterio. Hein. miles villicus | de Kamo et sui progenitores pluribus annis iure feodali pro annuo censu habuisse

---

[1]) Von Profeſſor Thomas Stocker. — Vergl. Bd. I. S. 365—374.

dinoscuntur. ad petitionem ipsius militis et anne vxoris | sue et Margarete filie eorundem, que ad hoc consenserunt publice legaliter et expresse. vtilitati etiam et commodo nostri Monasterij prospicientes. legitimam | resignationem super eisdem decimis in manus nostras factam. Venerabili in Christo . . Abbatisse et conuentui monialium vallis sancte Marie, Cisterciensis ordinis, | predicte diocesis. et earum Monasterio cum omni iure Integritate attinentiis quo ad nos et nostrum monasterium spectant, et a predicto Milite et suis progenitoribus. vsque | ad presens possesse dinoscuntur. de vnanimi consilio et consensv. concessimus perpetuo possidendas. pro annuo censu. videlicet V. sol. monete thuricensis | vsualis, in festo sanctorum Mrt. felicis et regule. nostro Monasterio a predicte vallis conventu et Monasterio annuatim persoluendis. contradictione qualibet non ob- | stante. Maxime cvm sepedicte vallis abbatissa et conventus beneficium nostre concessionis gratum et graciosum habentes. nomine suo et sui Monasterii firmiter | promiserint se prenotatum censum tempore statuto sine difficultate qualibet soluturas. Et in huius rei testimonium presentes litteras Monasterio sepedicte vallis | conferimus. sigillo nostri uidelicet prefate Mecht. Abbatisse. quo et nos conventus utimur, patenter communitas. Nomina uero testium seu presentium huic | concessioni sunt. H. plebanus Monasterii thur. B. plebanus in altorf, Magister Johannes in Gvhen. Hvgo Milchli. C. Cantor. R. Swalo. et H. Vol. | bistor. et C. textor conversi de Capitulo. C. conversus vallis sancte Marie. Vol. Swalo. Bvrchardus de Kamo. petrus sutor. et alii quamplures. | Act. et Dat. in Capitulo nostro thureg. Anno. domini. M. CC. LX. secundo, Octava beati Johannis evangeliste. Indictione V.

### 3.

### 1262, 3 Jänner.

Vniuersis Christi fidelibus presentibus presentium inspectoribus. H. Miles dictus villicus de Kamo. Anna uxor | ipsius. Margareta filia eorundem affectum caritatis. Nouerint quos nosse fuerit oportunum. quod nos decimas | seu fructus et usufructus et ius decimarum in parochia chamo sitarum. videlicet In der hovba. Marlachvn. Mattvn. an | der Rvsa. Blindengiezin. Eberswach. Vf den

egerdon. quas a progenitoribus iure feodali a monasterio thuricensis. | abbacie ad nos transmissas seu iure hereditario deuolutas. usque ad presens pacifice possedimus et quiete. de auctoritate | et consensu. venerabilis in Christo Mecht. Abbatisse et conuentus Monasterii thuricensis. ordinis sancti Benedicti Constantiensis diocesis ad quod | ipse decime dinoscuntur pertinere. Honorabili in Christo. Abbatisse et conventui Monialium vallis sancte Marie Cisterciensis. | ordinis predicte diocesis. pro Quadraginta et una marcis argenti ponderis thuricensis. iam a nobis receptis bona fide sine omni | dolo et fraude vendidimus proborum consilio mediante. Eisdem et monialibus et earum monasterio nos et nostros heredes | presentibus firmiter obligamus. ad prestandam ubicunque necesse fuerit Warandiam super hoc. quod nos prenotatas decimas | quas tam nostri progenitores quam nos a prefato monasterio abbacie thuricensis. iure feodali inconcusse possedimus et quiete. | secundum formam premissam bona fide sine omni dolo et fraude Monialibus vendidimus antedictis. In cuius rei testimonium | presens scriptum de nostro rogatu et consensv confectum et conscriptum sigillis venerabilium in Christo. predicte videlicet abbatisse. et . . | prepositi Thuricensis. cum proprium non habeamus supradictis religiosis. vallis sancte Marie firmiter et fideliter communimus et robo- | ramus. Huius rei testes sunt. C. cantor de capella, Jacobus Decanus de Kamo. Johannes capellanus. Cvonradus. Heinricus et Wernherus | Conversi vallis sancte Marie. Arnoldus et Volricus. fratres de Kamo et alii fide digni. Actum et Datum in capitulo nostro thuregi | Anno domini M. CC. LX. Secundo, octava Beati Johannis evangeliste, Indictione V.

## 4.

### 1262, 25 April.

Eberhardus Episcopus Constantiensis confirmat infeodationem decimarum in Kamowe a monasterio Vallis S. Mariæ Hainrico militi de Kame factam.

Bei **Neugart. II.** 247; jedoch mit unrichtigem Datum.

5.

1263, 13 Chriſtmonat.

Omnibus ad quos presentes littere peruenerint Rvodolfus et Johannes milites fratres vterini de Kussenach noticiam subscriptorum. Vniuersitati vestre | presentibus innotescat, quod cum lis seu controuersia inter reuerendos in Christo . . Abbatem de Capella et . . Abbatissam vallis sancte Marie et ipsorum conuentus | ex una, et Nos ex altera parte aliquandiu uerteretur, super eo quod dicti religiosi quosdam hominum nostrorum videlicet Chvonradum et Volricum de Sedorf | et Berctam ipsorum sororem contra nostram voluntatem possederunt, et habitum religionis duobus ex eis tertio in seculo remanente induerunt. Tandem | mediante viro Illustr[i] Berctoldo de Snabelburch in hunc modum predicta causa seu controuersia est decisa. Videlicet ut sepefati religiosi | predictos homines nostros cum rebus suis possideant pacifice et quiete. Sed quum prefatus Nobilis in premissa compositione, nobis summam pecunie iussit | a sepedictis persolui. presentibus profitemur ipsam pecuniam nobis integraliter esse persolutam. Renunciamus etiam omni iuri ecclesiastico et ciuili consti- | tutionibus editis et edendis per que hec nostra resignatio seu donatio aut collatio hominum premissorum posset aliquo modo irritari aut | impediri. In cuius rei testimonium presentem litteram supradictis religiosis sigillorum nostrorum munimine tradimus roboratam. | Datum Kussenach in Castro nostro Anno domini M. CC. LXIII. Idibus Decembris. Indict. Septima.

6.

1264, 26 März.

Ita Abbatissa et Conventus Vallis S. Mariæ possessiones in Affoltre et in Hedingen pro annuo censu (3 denar.) jure hereditario possidendas et habendas viduæ cujusdam cementarii de Zvge et filio ipsius ac ipsorum liberis concedunt.

Bei Neugart. II. 251.

7.

1266, 18 Herbſtmonat.

Mechtildis diuina permissione Turicensis Abbatissa. vniuersis Christi fidelibus presentium inspectoribus | noticiam rei geste. Vniuersitati uestre presentibus innotescat. quod cum dilectus noster Chvonradus | dictus Thya. ciuis Turicensis. filias suas Gvotam et Margaretam. in Monasterium vallis sancte Marie | ordinis Cysterciensis, Constantiensis Dyocesis, collocasset. et ipse filie eundem ordinem et habitum recepis- | sent, libere, voluntarie et expresse, vt ibidem summo regi Christo, et sponso fidelium Animarum sue | castitatis conseruarent integritatem, placuit eidem Chvonrado, aliquas de suis possessionibus pre- | dicto Monasterio Vallis Sancte Marie donare et conferre, vnde nobis supplicauit. quatinus curtim sitam | in superiori Affoltre, quam quondam bone memorie Volricus dictus Trembelli ciuis Turicensis, a nobili | viro, Volrico de Regensperc, pro triginta duabas Marcis, puri et legalis argenti ponderis Turi-| censis comparauit. sicut in instrumento super hoc confecto plenius edocetur, et quam curtim idem Volricus, Hem- | me nepti sue, vxori quondam predicti Chvonradi Thya libere contulit et donauit. de manibus | ipsius Chvonradi. et liberorum suorum, Chvonradi, Rvodolfi. Mechtildis, Anne et Katherine, recipere- | mus. et eandem curtim, prefatis religiosis, iure hereditario concederemus, possidendam. Nos atten- | dentes, ex hoc diuini cultus honorem augmentari. ipsius Chvonradi Thya et liberorum suorum precibus, pium | prebentes assensum. predictam curtim, de manibus eorundem, ipsis nobis voluntarie, libere et ex- | presse resignantibus, recepimus. et prefatis religiosis, Abbatisse videlicet et Conuentui Monasterii vallis | sancte Marie, pro annuo censu, videlicet uno denario Turicensi, nobis in festo sancti Galli persoluendo, con- | cedimus et assignamus. iure hereditario perpetuo possidendam et habendam. Testes huius rei sunt. Reuerendus | in Christo. dominus Martinus Abbas Capelle. Chvonradus Monachus. Rvodolfus conuersus eiusdem loci. H. plebanus Abbacie Tu- | ricensis. Heinricus Notarius noster. Hvgo Manezzo. Hvgo Milcheli. Vol. Swalo. R. Bremegarton. ciues | Turicenses. et alii quamplures. In cuius rei testimonium, presentem litteram, sepedictis religiosis vallis sancte Ma- | rie tradimus. Sigillo nostro patenter communitam. Datum Turegi, Anno domini M.CC.LXVI. XIIII. Kl. Octo- | bris. —— Indictione —— Nona ——

8.

**1268, 2 April.**

Johannes Nobilis de Snabelburch (et nepotes ipsius, Willelmus et Heinricus), sorori suæ Vodelhildi Abbatissæ Vallis S. Mariæ dotem in curia sua, sita in parrochia Merisswandon, in der Gassun nuncupata, consilio nobilis viri Waltheri de Eschibach et aliorum amicorum suorum assignat.

Bei Neugart. II. 262.

9.

**1267, 26 Wintermonat.**
**1268, 24 Mai.**

Vniuersis Christi fidelibus ad quos presentes littere peruenerint, Johannes Nobilis, Dominus de Snabilburch, noticiam rei geste. Quoniam omnes uelud aque dilabimur, donec in nostram originem reuertamur, ne- | cesse est acta hominum scripture testimonio ad noticiam deuenire posterorum. Nouerint igitur tam presentes quam futuri quod Ego et pie recordationis Bertholdus frater meus, nomine nostro et liberorum suorum | Willelmi videlicet et Heinrici, quorum ipse tunc tutor legitimus exstitit, et Ego nunc existo pro euidenti vtilitate nostra, ne propter graues expensas obsidum et immoderatas usuras creditorum | intollerabile dampnum nos sustinere oporteret, Curiam nostram in Benciswile, et omnes possessiones quas ibidem dinoscimur habuisse, cum omnibus suis juribus et attinentiis, videlicet areis, | possessionibus, agris, terris, cultis, incultis, nemoribus, virgultis, pratis, pascuis, decursu aquarum, et omnibus aliis communitatibus et juribus que ad premissam Curiam et ipsius agros, et | areas pertinebant, Religiosis in Christo . . . Abbatisse et Conuentui Vallis sancte Marie Cyst. ordinis, Constant. Dyoc., nomine siue titulo uenditionis tradidimus, donauimus, et assig- | nauimus, pro viginti et sex marcis puri et legalis argenti, ponderis Thuricensis, iam nobis integraliter persolutis, et in nostram vtilitatem conuersis, Nos nostrosque heredes liberos et alios suc- | cessores obligantes ad veram premissorum omnium Warandiam prefatis Religiosis Vallis sancte Marie prestandam vbicunque vel quandocunque ab ipsis fuerimus requisiti. Ad maiorem etiam cautelam | renunciamus pro nobis nostrisque heredibus liberis et successoribus, priuilegio in integrum,

restitutioni, consuetudini, edicto edito et edendo, priuilegio impetrato et impetrando, fauori legum et Ca- | nonum, et omnibus aliis, per que prefata nostra venditio nobis tam necessarie facta inpugnari posset vel reuocari. Huius rei testes sunt, Reuerendus in Christo Martinus Abbas Capelle. Cvonradus | Subprior eiusdem domus. Bertholdus scriba meus, Cvonradus et Heinricus conuersi Vallis sancte M. Waltherus de Iberch miles. Johannes de Waltchilchun, Wernherus de Affoltre. domicelli et | alii quamplures. Acta sunt hec in Valle sancte M. Anno. domini. M. CC. LXVII. Sexto Kal. Decembris. Indict. XI. Sed quoniam Instrumenta super hoc confecta et conscrip- | ta viuente fratre meo Bertholdo prenotato per negligentiam quorundam non fuerunt suo sigillo sigillata, Ego Johannes nomine meo et nepotum meorum Willelmi et Heinrici antedictorum | premissa omnia presentibus confirmans, presens Instrumentum sepefatis Religiosis Vallis sancte M., trado et dono sigillo Nobilis viri Domini Waltheri de Eschibach | et meo patenter communitum. Anuo Domini M. CC. LXVIII. IX. Kal. Junii. Indictione prenotata. — — —

## 10.

### 1269, 25 Wintermonat.

Chvno miles de Vilmeringen possessiones suas sitas apud Zwillinkon parthenoni Vallis S. Mariæ titulo venditionis pro quatuor Marcis argenti ponderis Thuricensis confert.

Bei Neugart. II. 271.

## 11.

### 1270, 17 Mai.

Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presentes littere peruenerint, Heinricus miles de Iberch noticiam subscriptorum. Humana labente | memoria, et crescente cupiditatis malitia, expedit ea que geruntur ad obuiandum litibus, scripture testimonio perhen- | nari. Nouerint igitur tam presentes quam futuri, quod Ego possessiones meas sitas apud Rvti, quas quondam a predilecta sorore | mea Anna comparaui, Reuerendis in Christo domine Vodelhildi Abbatisse et Conuentui Monasterii vallis sancte Marie, Cisterciensis | ordinis Constantiensis dyocesis, nomine et titulo uenditionis de consensu et uoluntate heredum meorum libero et expresso, omni | solemp-

nitate adhibita que in huiusmodi contractibus consueuit adhiberi, dono confero et assigno cum omnibus suis iuribus et at- | tinentiis. videlicet agris, areis, terris, cultis, incultis, pratis, pascuis, nemoribus, uirgultis, aqueductu, decursu | aquarum, et vniuersis communitatibus, et omnibus aliis que ad premissa bona et ipsorum agros et areas spectabant | libere quiete et pacifice nomine sui Monasterii ab hac die inantea perpetuo possidendas et habendas. Me meosque | heredes et sucessores obligans ad veram Warandiam prefatis religiosis omnium premissorum prestandam, quandocunque ab [1] | fuerimus requisiti. Renuncians nichilominus pro me et meis heredibus et aliis successoribus vniuersis, priuilegio in | integrum, restitutioni, consuetudini, edicto edito et edendo, priuilegio impetrato et impetrando, omni fauori legum | et canonum, et omnibus aliis, per que premissa venditio tam legitime per me facta posset impugnari uel reuo- | cari. Ad superhabundantem autem cautelam duxi me et meos heredes presentibus obligandos, ut si forte aliquo | tempore ego uel mei heredes prefatas possessiones repetere, uel impetere, quod absit presumamus, sepefatis religiosis | vallis sancte Marie, nomine sui Monasterii simus in triginta marcis legalis argenti, ponderis consueti, obligati, quas ipsis | integraliter et sine omni calumpnia persoluere tenemur. Huius rei testes sunt dominus Walterus Nobilis de Eschi- | bach. Berctoldus filius ipsius. Chvono et Arnoldus de Liebegga. Vol. de Buttinkon domicelli. Heinricus conuersus | Vallis sancte Marie. Chvnradus de Escibach, et alii multi fide digni. Vt autem premissa nullius cauillationis in- | genio valeant irritari vel etiam impugnari, presentem litteram sepefatis religiosis Vallis sancte Marie | trado et confero sigillis Waltheri Nobilis viri de Eschibach, et meo patenter communitam. Acta sunt | hec apud Liebegga. Anno domini. M. CC. LXX. XVI. Kal. Junii. Indictione. XIII.

12.

**1271, 29 Heumonat.**

Vniuersis Christi fidelibus presentium inspectoribus. Heinricus Miles Ciuis Thuricensis dictus de Cvria, Constantiensis dyocesis,

---

[1]) Hier iſt »eis« ausgelaſſen.

affectum Karitatis. | Nouerint quos nosse fuerit oportunum. quod Ego proprietatem duorum prediorum meorum. videlicet predii mei, quod situm in Hedingen dictum | Zvrichguot, soluit annuatim sex frusta et dimidium, et predii mei siti in Obrvn Berchein quod dictum dez guot in dem hove, soluit | annuatim Tria frusta et dimidium. in manus Honorabilis domine mee Elizabethe Abbatisse Monasterii Thuricensis, predicte dyocesis, publice ac le- | gitime resignaui. Jure Hereditario mihi reseruata. tali conditione. vt de ipsis duobus prediis et ipsorum proprietate, eidem Monasterio Abbatie | Thvricensis in festo sanctorum Martirum Felicis et Regule annuatim soluantur duo denarii Monete Thuricensis vsualis. predicta quoque duo | predia de auctoritate et consensu eiusdem domine Abbatisse, Dilectis in Christo. Ite Abbatisse et conuentui sororum in Vrowental. Cysterciensis | ordinis, sepedicte dyocesis, pro decem et octo Marcis puri et legalis argenti ponderis Thuricensis legitime vendidi, tradidi, Warandiam vbicunque, | et quandocunque necesse fuerit, legitimam super eisdem prebiturus. Salua in perpetuum Monasterio Abbatie Thuricensis duorum denariorum in signum proprie- | tatis, annua pensione. predictas etiam decem et octo Marcas argenti, recognosco et presentibus confiteor et protestor, mihi a prenotatis Abbatissa et Con- | ventu esse pleniter persolutas. Et in huius venditionis, traditionis evidentiam. sepedictis Abbatisse et sororibus, et earum Monasterio trado pre- | sentem litteram sigillis, iam dicte domine Elizabethe Abbatisse, et consulum Thuricensium, et meo, patenter communitam. Acta sunt hec Thuregi in | domo Abbatisse. presentibus quorum hec sunt nomina. Heinricus clericus Notarius iam dicte Abbatisse. Hugo dictus Milcheli. Rvodolfus dictus Phvngo. | Chvonradus Bvrdiner. Heinricus et Fridericus fratres dicti Stageln. Wernherus Thya Ciues Thuricenses, Anno domini. M. CC. LXXI. Octaua | Marie Magdalene. Indictione XIIII. |

Nos Elizabetha prenotata Abbatissa prenotata predya quorum venditionem, traditionem, de nostra auctoritate factam recognoscimus, et approbamus. | antedictis Abbatisse et conuentui sororum in Vrowental et earum Monasterio Hereditario iure ab ecclesia nostra sub prenotato censu concedimus perpetua | Littera possidenda. In testimonium premissorum nostrum sigillum presentibus apponi faciendo. |

Nos predicti Consules quorum hec sunt nomina. Jacobus Molendinarius. Burchardus de Hottingen. Dietlo. Wernherus Castor. Reinhar- | dus dictus de Chlotvn, Milites. Hugo dictus Manezzo. Rvodolfus Willo. Rvodolfus Chrieg. Volricus Trueber. Chuonradus Thya. Hein- | ricus Chvrwesi. Wernherus Biberli Ciues Thuricenses, ad petitionem predilecti conciuis nostri Heinrici Militis antedicti, cuius venditionem, in hac | parte legitimam scimus et iustam, nostrum sigillum presentibus apponi facimus et appendi. Anno domini, die et Indictione prenotatis.

## 13.

### 1273, 27 Hornung.

Jch dv Schenina von Brunegge vnd Hezel Scheke min wirt. wir veriehen dez allen dien die diſen Brief ſehen. alde horent. | dc wir vnd vnſerv Kint Scheke. vnde Katherina. vnde Gotfrit. das wir den höf. der da heiſet. Hatwile. vnd lit bi maſſe- | wandon. vnd alles das eigen das zvo dem hoeve horet. hein gegeben dem Gotzehvs von vnſere vrouwental vmbe | zewo vnd driſeg March Silbers. vrilich. vnd eigenliche vnd ewekilichen. Ze beſizene mit aller der vriheit vnd | deme rechte alſe wir es dar bracht haton, vnd binden vnſ dar zvo wir vnd vnſerv Kint vnd alle vnſer | nach Komen daſ wir diſ gvotes das hie vor genemet iſt des Gotzhvs wer ſvn ſin gegen rechte vor aller | menliche da ſv es bedvrfen. da vir dis gvot vf gaben das hie vor genemet iſt, daſ geſchach ze brvnegge vf der | bvrch in der ſtvben. an dem iare do von gotes gebvrte waren. M. vnd CC. vnd LXXIII. iaron an dem driten tage | nach ſant Mathies mes. Da das geſchach da was zegegeni der tegan von woloſwile. vnd Herr walther von | Yberch der elter. vnd Johannes ſines brvoder ſvn. vnd. Johannes von Baden. vnd Volrich ſin ſvn. vnd Eberhart von ſchennis. vnd brvder | Hen. von mvre vnd brvder Cov. vnſer ſchaphenere. Die zewene enphegen es an des Kloſters ſtat. Ze diere | dinge veſtenvnge vnd ewiger ſtetecheit ſo virt dierre Brief beſigillet mit dem ingeſigele abbt thomas | von Capelle. vnd mit min ſelbes ingeſigele. vnd mit dem ingeſigele Herr Heinrich von Yberch.

## 14.

### 1274, im April.

Uniuersis Christi fidelibus ad quos presentes littere peruenerint, Waltherus Nobilis de Eschibach rei geste noticiam cum salute. Quoniam mortales sumus et sicut aque dilabimur. | que non reuertuntur, donec in nostram redigamur originem, necesse est que digna perpetuitate gerimus per scripturarum memoriam ad posterorum noticiam deuenire. Nouerint igitur quos | nosse fuerit oportunum quod nos dictus Waltherus de Eschibach nobilis de pleno consensu et expressa uoluntate. Nobilis Chvneguntis. vxoris nostre et Bertholdi filii | nostri vendidimus, tradidimus, et contulimus, religiosis. Abbatisse et Conuentui Vallis sancte M., Cyst. ordinis, Constant. dyoc. possessiones nostras quas | libere possidebamus prout sunt inferius annotate, sitas in villa Meriswandon, videlicet molendinum a superiori parte ville, cum scopoza super quam situm est idem molen- | dinvm, et uniuersis pertinentiis eiusdem molendini. scilicet in aduocatia proprietate, Jurisdictione, terris cultis et incultis, virgultis, pratis, agris, pascuis, aquarum | decursibus, piscationibus, nemoribus, ujis, inviis, Item prediolvm quod uulgaliter dicitur in der hvobe, et etiam pratum Bittermos, et quod nominatur in der lenggvn, nec non | et in altegerute, et in Bvrchaldon soluentem annuatim duos pullos. Nullam etiam proprietatem habemus in hagenovwe. Cetera omnia supra scripta, vniuersa et sin- | gula. vendidimus, dedimus, et contulimus memoratis religiosis jure proprietario perpetuo possidenda et habenda pro. xx. et octo Marcis puri et legalis | argenti ponderis thuricen., quas ab ipsis confitemur nos recepisse et in utilitatem nostram totaliter conuertisse. Vnde et promissimus pro nobis et heredibus nostris, | prefatis religiosis super bonis et possessionibus antedictis legitimam ferre Warandiam contra omnes. Abrenuntiauimus insuper et abrenuntiamus in hac uendi- | tione omni actioni et exceptioni juris Canonici et ciuilis, restitutioni in integrum, consuetudinibus, constitutionibus, editis uel edendis. omni auxilio et | beneficio legvm vel canonvm, et omnibus aliis quorum occasione predicta omnia possent in posterum reuocari uel aliquatenus impugnari. Testes ad hec interfuerunt uocati et | rogati, videlicet frater Heinricus dictus de mvre. frater Chvo. dictus de Diessenhoven conuersi Monialium

Vallis sancte Marie. Volricus nobilis de Rvsegge. Heinr. | de Iberch. C. de heidegge. milites. R. de Arne. Wern. de Tetenwise. C. de sins. Hein. Cellerarius. Hein. de Affoltre. C. de Escibach, et alii fide | digni. Vt autem premissa omnia maiorem roboris firmitatem obtineant apud posteros, presentem Litteram Sigillo nostro et sigillo filii nostri. Bertoldi supradictis | religiosis tradidimus firmiter roboratam. Actum apud castrum Rvsegge. Anno domini M. CC. LXXIIII. Indictione secunda. — Mense Aprilis —

15.

**1274, im Mai.**

Uniuersis Christi fidelibus, ad quos presentes Littere peruenerint, Waltherus Nobilis de Eschibach, rej geste noticiam cum Salute. | Nouerint quos nosse fuerit oportunum, quod cum Johannes et filii Bertoldi pie recordationis fratris eiusdem Johannis domini quondam de | Snabilburch, nobiles consanguinei nostri de consilio nostro contulissent et assignassent dilecte in Christo Vdelhildi nepti nostre | moniali Vallis sancte Marie pro dote sua, pensionem siue censum decem modiorum tritici mensure thuricen. ad vitam suam super | villa Meriswandon, et nos eandem villam vendiderimus religiosis. Abbatisse et Conuentui monialium Vallis sancte M., sicut | in instrumento super hoc confecto plenius continetur, nos dictam pensionem siue censum. x. modiorum tritici, transferentes de dicta | villa Meriswandon, cuius proprietas ad nos deuoluta fuerat ante venditionem prenotatem, conferimus et assignamus me- | diante consensu, Chvnegunt, nobilis vxoris nostre, et Bertholdi filii nostri super inferiorem curiam dictam ze Mvlnowe, | tali forma videlicet quod libere, pacifice et quiete percipiat dicta domus Vallis sancte M., annuatim. x. modios tritici, de | eadem curia Mvlnowe ad vitam predicte neptis nostre Vodelhildis. Nos etiam pro nobis et heredibus nostris solempni stipula- | tione predictis monialibus promittimus memoratum censum totaliter Warandire. et nos nostrosque heredes ad hoc in solidum ob- | ligamus. Testes ad hec uocati et rogati sunt, H. dictus de Mvre, C. dictus de Diessenhoven conversi predicti loci | vallis sancte M, Rv. de Arne, Wern. de Tetenwise. H. cellerarius et alii fide digni. Vt autem premissa omnia | maiorem roboris obtineant firmitatem apud posteros, presentem litteram sigillo nostro, et sigillo filii nostri Ber. prefatis |

religiosis tradidimus roboratam. Datum apud Castrum Rvsegge. Anno domini M. CC. LXXIIII. Mense Maij. —

## 16.

**1275, 29 Chriſtmonat.**

Ich dv Schenkina (vro Anna [1]]) von Brunegge ich chunde allen dien die diſen Brief ſehen alde horent dc ich mit der gehellvnge mins wirtes hezels | der da heſet ze vber nammen Scheko. vnd mit der gihellvnge mines brvders Hern heinriches von iberch der min voget dar vber iſt ſo gibe ich den | hvf der da heiſet hatwile vnd lit bi maſſewandon in der parochie von Kamo in deme biſtveme von Koſtenze deme Gotzehvs von vnſere | vrowntal vmbe zewo vnd driſeg march ſilbers vnd dc ſelbe ſilber han ich dar vmbe enphangen vnd wart mir dc giwegen bider ge- | wiht dc da heiſet zvrich geloete. den ſelben vor genanden hoef gib ich vrilicho dien redelichen vrowon von vnſere vrowntal mit | allem dem rechte alſe wirn dar bracht haton. vnd ſvn des wer ſin an allen dien ſtetten da ſvſ bedvrphen alt eſ inen iemer angeſprochen | mvochte werden. nochen ſvn wir noch vnſerv Kint noch en hein vnſer herbe. niemer enheine anſprache dran gewunnen. diſv ſelben dinch | geſchahen ze mellingen in der ſtat vor peters hvs der da giheiſeniſt des ſchvlteiſen ſvn. an der ſelbvn ſtat ſo enpheigen vnſere brvdere brvder | Henrich denme nemet von mvre vnd brvder peter der ſvter. vnd iſt des gechvetg Herre heinrich von iberch der herbere riter vnd Joh. von iberch. vnd | wernh. von loe. vnd rvodege von bvtenſvlzeſ. vnd kvenrat von mvnſter. vnd herre hartman der ſchvlthei. von mellingin. vnd Herre Rvodol. von ba- | den. vnd Herre wal. der Kvpherſmit. vnd Chvo. ſin ſvn vnd Herre Rvod. ſin brvder. vnd Herre Volri. zagel. vnd dar vmbe dc diſv dinch feſte | vnd ſtete beliben ſo wirt diſe brief beſigilt mit deme ingeſigele abbt Henriches von mvre. vnd Her walthers des Hvohen vrigen von | Eſchibach. vnd mit H'nr Henrich. von Iberch mins brvders. vnd mit mines wirtes ſcheken von brvnegge. Dis geſchac an deme jare do | von gotes gebvrte waren M. CC. LXXV. Jare. **In Dictione III. In Crastino sanctorum Innocentvm.**

---

[1]) Von neuerer Hand.

17.

1276, 6 Chriſtmonat [1])

Vniuersis Christi fidelibus presentium Inspectoribus Johannes viceplebanus in Sarmansdorf notitiam subscrip- | torum. Nouerint quos nosse fuerit oportunum quod Ego domum meam sitam in Bremgarton contiguam ab | vno latere domui Nemorarii de Zvpphinkon. et ab alio latere domui Waltheri Delonearii | et predium meum situm in Sarmansdorf quod Colit Gisela dicta Lvzerin, reddens annis singulis | Octo modios tritici mensure Turicensis, retento mihi, et predicte Gisele in dicto predio, et | domo tantum dimidia pro tempore vite nostre vsufructu quod uulgo libgedinge appellatur, | honorabilibus in Christo . . Abbatisse et Conuentui Monasterii vallis sancte Marie Cysterciensis | ordinis pro salute anime mee, parentumque meorum remedio donaui, et tradidi titulo | proprietatis perpetuo possidendum. hac adiecta conditione quod predictis . . Abbatisse et Conuen- | tui de media parte domus prefate, ego, et prefata mulier Gisela soluimus nomine census | quatuor denarios monete Turicensis, de predio vero vnum fertonem Cere. preterea volo et | ordino quod si dicta mulier cum viro legitime, uel alias quocunque modo contraxerit nil | deinceps plus iuris debet habere, in vsufructu memorato. In cuius rei euiden- | ciam presentem Cartam petii et optinui Sigillis honorabilis in Christo . . Abbatis Monasterii de | Cappella. domini Waltheri Nobilis de Eschibach militis. et . . Abbatisse memorate | patenter communiri. Acta sunt hec in Monasterio vallis sancte Marie. anno domini. M. CC. | LXX. VI. festo beati Nicolai. Indictione IIII. presentibus predicto domino Walthero de Eschi- | bach. Vol. de Rvsegge militibus. Johanne de Rotenburk. Johanne de Rotenburch (sic), Wernhero de Tettenwise. H. Cellerario. Petro sutore. H. de Mure conuersis predicti | Monasterii. et aliis quampluribus fidedignis ad hec rogatis et vocatis. |

Nos . . Abbas Monasterii de Capella. dominus Walt. predictus de Eschibach. ac . . Abbatissa. Monasterii sepefati ad instantem prefati viceplebani petitionem sigilla nostra | duximus huic littere appendenda. Anno. die et Indict. prenotatis. |

---

[1]) Vergl. die Urkunde vom 24 Augſtm. 1267, bei Zapf. (p. 142.)

## 18.

### 1276, 6 Chriſtmonat.

Jch Herre Johannes der Lvprieſter genannt iſt cy Sarmanz-dorf kvnde dc vnd tvons cy wizſene allen dien. die diezſen. brief iemer giſechen | alte gihoren dc ich mit vrigen Herzen vnd mit ganzem willen einvaltecliche dvr got vnd dvr die ſelicheit miner ſele. vnd | och der zeweger Kinde willen. Han gigeben dien Se-ligen vrowon vnd dem erberen Gozhvs vnsere vrowental vriliche vnd | lidecliche. ein Eigen dc jch vriliche vnd lidecliche beſezzen hate. vnd lit ze dem hophe der ginant iſt Heyterſperch. vnd gil- ¦ tet lidecliche. V. III. X. Muot kernen. den hof han ich vf gigeben dien ſelben erberen vrowon. vnd hant ſven von mir ¦ Jnphanegn vriliche vnd lidechlychen ze beſizenen cy ſteten nvce vnd ze ewigen herbe mit allem dem recte alz jch Jn | och beſezzen hate. an alle anſprache. vnd an alle hierrvnge. Diz geſcach. In valle S. M. Jn der vrowon gaſt hvs. vnd waz | da gegenweren der edele vrige Herre walther von Eſchibac vnd Herre Vol. von Rveſege . . vnd. Johannes von Rotenbvrc. vnd Werneher | von tetenwize. vnd Heinrich der Kelnerne vnd brvoder Peter der Svter vnd brvoder Heinrich von Mvre. vnd andere genvge die gelvbe weridet | ſint. Dc vorginanden eigen dc nemet man dc nidere Heyterſperch vnd lit Jnder Kilchöri ze Rordorf jn dem byſtvome Conſtantz. | Vnd dar vmbe dc dinc ſtete vnd feſte belybe. ſo geron ich vnd byte. want ich eigenes Jngeſigelez nit han dc dizzer | Brief beſigellet werde mit den Jngeſigele minz Herren Abbt Thomans von Cap-pella. vnd mit minz Herren Walter von | Eſſcibac vnd mit minre vrowen der Ebbiſchenne von vnſere vrowen Tal. Datum Anno Do. M. CC. LXX. VI.¦ In Dict. IIII. In | Festivitate SANCTI NICOLAI.

## 19.

### 1277, 17 Hornung.

Ita Abbatissa et Conventus Vallis S. Mariæ possessiones in villa Riferswile inferiori pro certo annuo censu hereditario jure possidendas, Wernhero de Thetenwise et vxori suæ Mechtildi ac liberis suis concedunt.

Bei Neugart. II. 298.

20.

**1277, 17 Hornung.**

Vniuersis Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit. Wernherus de Thetenwise. Salutem et rei geste noticiam. Solet cessare | quod disponit hvmana ratio cui non venit per scripti firmamentum noticia. Nouerint igitur presentis etatis homines et future, quod ego | Wernherus de thetenwise possessiones illas quas ego rite et rationabiliter comparaui de Heberhardo dicto Mvsinger. sitas in Riferswi- | le in villa inferiori, quas Fridricus coluit hactenus, quas possessiones predictus Heberhardus Mvsinger hereditario iure obtinuit, ces- | sante vexatione aliqua. Vol. dicti de vstra, qui in eisdem possessionibus ius dotarium quot dicitur libgedinge dinoscebatur habere, et inter eos | lite sedata et finaliter descisa. contuli libere et assignaui pro testamento anime mee et Mecht. vxoris mee et successorum meorum, domui | et Conuentui vallis sancte Marie. Easdem possessiones denuo, ab ipsa domo, et Conuentu recipiens, ad hereditandum, et succedendum, michi et vxori mee, simul et proli ex nobis procreate perpetuo sine qualibet contradictione. Huiusmodi tamen conditionibus appositis et adiunctis | videlicet, quod ego predicte domui, et conuentui, quia nos antedictas personas infeodauit. VI. quartalia Tritici mensure Tvricensis | in festo Andree apostoli, persoluere teneor, pro annuo censu. Item si me ab hac vita discedere contingerit sine prole legitima, pre- | dictus Conuentus resumere potest et debet ius hereditarium, quod cognoscor habere in ipsis bonis succedendo. Item si aliqua lis vel | controversia ingrverit pro eisdem bonis adversus Conventum, tamquam ex parte mea. Ego Wern. sufficientem Warandiam prestare teneor in | hiis questionibus donec cessauerit vexatio inpugnantis. Acta sunt hec apud villam Massewandon in domo. H. Cellerarij. Presentibus | Marchewardo et Vol. nobilibus Militibus de Rvsegga. Domino. P. de Hvnoberch. Wal. seniore et Wal. Juniore fratribus de Yberch. | .. dicto Heilstab. R. de Barro Militibus. Diethelmo de Wile. C. Ministro de heschibac. Johanne de Yberc. H. Cellerario. E. Mvsinger | et aliis multis fide dignis. Quia ego. Wern. de Thetenwise sigillo non vtor, sigillo Nobilis domini Berc. de Esschibach Militis. hanc cartulam | communivj. Datum apud Massewandon Anno domini. M. CC. LXX. VII. XIII. Kal. Martij. Indictione V.

21.

**1279, im April.**

Vniuersis Christi fidelibus ad quos presentes littere peruenerint, Johannes jncuratus de Sarmarstorf noticiam rei geste. Nouerint quos | nosse fuerit oportunum quod cum Religiose in Christo . . Abbatissa et Conuentus Vallis sancte M., Cyst. ordinis, Constan. dyoc. in possessiones | suas sitas in villa et in territorio ville de Sarmarstorf dictas Bonnun guot soluentes annuatim septem modios tritici, | quondam pro duodecim Marcis puri et legalis argenti, ponderis thuricen. vendiderunt libere perpetuo possidendas et haben- | das, Ego testamentum meum condere volens, statui et ordinaui, vt si de dictis possessionibus nichil aliud ordinauero in vita mea | quod ipse possessiones predictis Religiosis a quibus easdem possessiones comparaueram, remaneant perpetuo possidende non obstante alicuius | contradictione, Ita tamen quod . . Abbatissa que pro tempore fuerit in loco antedicto, tribus filiabus meis, Margarete, Rychunce, et | Lucie de reditibus earundem possessionum singulis annis, preter communes vestes conuentus provideat in uestibus et infir- | mantibus de eisdem faciat ministrarj secundum quod ipsarum requisierint necessitates, Si uero quod absit . . Abbatissa premissa fideliter | adinplere non curauerit vel neglexerit, statuo et ordino ut supradicte possessiones Monasterio de Capella cedant eodem iure perpetuo | possidende libere et absolute. In cuius rei testimonium presens scriptum sub uno tenore duplicatum, et sigillis honorabi- | lium in Christo . . Abbatum de Mure et de Capella roboratum partibus premissis duxi relinquendum. Datum Sarmarstorf | Anno domini. M. CC. LXX. IX. Mense Aprili Indict. VII — |

Nos uero . . Abbatissa et Conuentus predicte, ad omnia suprascripta fideliter conseruanda nos et nobis succedentes firmiter obligamus | presentium tenore. Et sigillum nostrum videlicet . . Abbatisse presentibus scienter apponimus, quo et nos conuentus utimur quia proprium | non habemus.

22.

**1279, im April.**

Vniuersis Christi fidelibus ad quos presentes littere peruenerint, Johannes jncuratus de Sarmarstorf noticiam rei geste. | Humana

labente memoria et crescente cupiditatis malicia, expedit ea que geruntur ad obuiandum | litibus scripture testimonio perennari. Nouerint igitur quos nosse fuerit oportunum quod ego diuinitus inspiratus | possessiones meas sitas in Parochia et in territorio ville de Sarmarstorf, soluentes singulis annis | decem modios et duo quartalia triticj mensure Thuricensis, quas etiam possessiones. H. de Egliswil, R. Alant | et H. sacrista pro annuo censu huc usque excolebant, Religiosis in Christo . . Abbatisse et Conuentui vallis | sancte M., Cyst. ordinis Constanciensis dyoc., nomine elemosine sollempni facta donacione inter uiuos dono confero | et assigno cum omnibus suis attinentiis et iuribus videlicet, areis, agris, terris, cultis, incultis, nemoribus. | virgultis, pratis, pascuis, aque ductu et decursu aquarum omnique districtu et vniuersis aliis commu- | nitatibus et iuribus, que ad premissa bona et ipsarum areas et agros spectabant vel spectare dino- | scuntur, libere, quiete, et pacifice perpetuo possidendas et habendas, Ad ueram Warandiam ipsis Religiosis | prestandam quandocunque fuero requisitus, me obligans presencium per tenorem, Ad maiorem quoque cautelam renun- | cio pro me et meis heredibus et successoribus priuilegio in integrum, restitucioni, consuetudini, edicto, edito | et edendo, priuilegio inpetrato et inpetrando, omni fauori legum et canonum, et omnibus aliis per que premissa | mea donacio tam solempniter et salubriter facta posset variari vel aliqualiter reuocari. Huius rei testes sunt | Volricus hospes. Heinr. Ronno. H. sacrista. Arnoldus Rechazo. Ruodolfus Alant. Wernherus de thurego | et alii multi. Acta sunt hec primo apud Sarmarstorf Anno domini. M. CC. LXX. VI. in die sancti thome | apostoli, postmodum vero per me ibidem exstiterunt innouata ad maius robur firmitatis et ut nullius | malicia predicte mee donationi possit vel ualeat aliqualibet obuiare, Anno domini. M. CC. LXX. IX. Mense aprili. Indict. VII. Sed quoniam sigillum proprium non habeo presentem litteram ad maius | robur firmitatis supradictis Religiosis Vallis sancte M. dono et confero sigillis honorabilis in Christo. domini | H. Abbatis in Mure et virj Nobilis Waltherj de Eschibach patenter communitam. Datum | Sarmarstorf Anno domini mense et Indict. iam prenotatjs —

## 23.

### 1279, im April.

Vniuersis Christi fidelibus ad quos presentes littere peruenerint, soror Ita Abbatissa et Conuentus vallis sancte M., Cyst. ordinis, Constant. dyoc., noticiam subscriptorum. Nouerint quos nosse fuerit oportunum quod dominus Johannes Incuratus de Sarmarstorf nobis et nostro Monasterio | possessiones suas sitas in Parochia de Sarmarstorf et in territorio ipsius ville soluentes annuatim decem modios et duo | quartalia tritici mensure Thuricensis, illas uidelicet possessiones quas Heinricus de Egliswile, Ruodolfus alant et Heinricus | sacrista pro annuo censu excolebant, dedit et contulit, tali forma ct condicione quod nos filie ipsius Incurati que Lucia nuncupatur | de dictis possessionibus apud nos vel alias Religiosas feminas que in ordine fuerint approbato de receptione prouideamus | ad habitum et ordinem ipsius Religionis. Ad quod faciendum nos et nobis succedentes presentibus firmiter obligamus. Si uero | a predicto domino Johanne eidem Lucie alias fuerit prouisum, tunc nos ipsi domino Johanni si uoluerit et repecierit antedictas possessi- | ones reddere tenemur libere a nobis absolutas sine qualibet contradictione. Quod si idem iam dictas possessiones non repecierit | tunc nos domine Gysele, dicte Luscerina de granario nostro ipsum censum ad uitam suam persoluere tenemur in festo beati Galli | sine mora, Si tamen predicta Gysela permanserit casta. Si uero continens non fuerit, et hoc contra eam legitime exstiterit probatum | tunc nichil percipere debet de pensione memorata. Et ad hec nos et nostros successores firmiter obligamus presencium per tenorem. | Si uero quod absit in premissis vel aliquo ipsorum negligentes inuente fuerimus et super hoc predicti videlicet dominus Johannes, Lucia sev Gysela | vel ipsorum aliquis necessitate conpulsi, aliquas fecerint expensas, nos et nobis succedentes, easdem ipsis integraliter refundere debemus | et eosdem indempnes de expensis factis fideliter conseruare. Renunciantes omnibus iuribus et consuetudinibus per que premisse condici- | ones possent variari vel irritarj. Harum rerum testes sunt Volricus Hospes, Heinricus Ronno, Heinr. sacrista, Rudolfus | alant, Wernherus de thurego, Heinr. de Egliswile, Chonradus Schwzj, Arnoldus Rechazo et alii multj. Acta sunt hec primo | apud

Sarmarstorf, Anno domini. M. CC. LXX. IX. Mense aprilj, Indict. VII. In cuius rej testimonium presentes litteras sigillis videlicet dominj . . Abbatis de Capella et nostro . . Abbatisse quo et nos conuentus vtimur, firmiter roboramus quia proprium non habemus. | Datum loco anno dominj Mense et indictione iam prenotatis — | [1])

## 24.

### 1279, 1 Herbſtmonat.

Vniuersis Christi fidelibus ad quos presentes littere peruenerint Wernherus dictus Helstap noticiam rei geste. Nouerint quos nosse fuerit | oportunum, quod ego et Elizabet vxor mea, ac liberi mei. Johannes, Jacobus, Wolricus, Heinricus, et Margareta tunc temporis geniti, possessi- | ones nostras, sitas in loco, qui dicitur Blindungiesso, videlicet duo prata prope Molendinum Religiosarum in Christo Abbatisse et Conuentus | Vallis sancte Marie quod molendinum dicitur Liectismuli, et unum, pratum situm in dem Riete ante pontem predicti Molendini, supradictis | Religiosis uendidimus, cum omnibus suis iuribus et attinenciis, pro novem libris denariorum vsualis monete, perpetuo libere, pacifice, | et quiete possidendas et habendas, Ad ueram warandiam sepedictis Religiosis super premissis prestandam, me meosque heredes obligans | presencium tenore, quandocunque ab ipsis fuerimus requisiti, Quam autem pecuniam profitemur nos integraliter recepisse et in nostram utilitatem conuertisse. | Huius rei testes sunt. Chuonradus subprior de Capella, Petrus et Henricus conuersi Vallis sancte M., Wernherus de Thettunviza. Ruodolfus | et Volricus. de Arne. Vol. Biburze. Walt. dictus Chuno. Heinricus Cellerarius, Chofman et alii multi fide digni. In cuius | rei testimonium, presentem litteram sigillis Reuerendi in Christo . . Domini henrici Abbatis in Mure, et uiri Nobilis domini Walt. de Eschi- | bach, quia propria non habemus, supradictis Religiosis Vallis sancte M., tradimus et donamus patenter communitam. Datum Massuandon, Anno | domini M. CC. LXXIX. in festo beate Verene virginis, Indictione. VII. — |

---

[1]) Einen Brief Biſchofs Rudolf von Conſtanz hierüber, dat. 10 Heum. 1291, hat Hergott. (III. 546.)

25.

**1281, 29 März.**

Vniuersis Christi fidelibus Ad quos presentes littere peruenerint, Rvodolfus et Volricus fratres dicti de Balma, | Ac Arnoldus de Wediswile, Nobiles, noticiam subscriptorum. Nouerint quos nosse fuerit oportunum, quod cum dilecta | Domina Katherina nostra Cognata, Relicta quondam Domini Petri de Hvnoberch Militis, possessiones suas, sitas in | parochiis de Wediswile et Richtliswile, videlieet Curiam in Lvteringen, et Curiam dictam vnder dien Eichen | et bona in Otensegel, nobis dederit et contulerit ea forma et conditione, vt nos ipsas possessiones daremus et | conferemus ad ipsius iussionem et mandatum, cuicunque loco, vel personis ipsas dare decreuisset. Nos vero ipsius | cupientes parere voluntati, antedictas possessiones, Reuerendis in Christo . . Abbatisse et Conuentui Vallis | sancte Marie, Cyst. Ordinis Constant. Dyoc., ad quas Religiosas predicta nostra Cognata intrauit, ibidem religio- | nis habitum et ordinem sibi assumens, ad eiusdem requisitionem et mandatum, donamus et conferimus cum omnibus suis | iuribus et attinentiis. perpetuo libere quiete et pacifice possidendas et habendas. Renunciantes omnj jurj Canoni- | co et Ciuili, et omnibus consuetudinibus publicis vel priuatis, et omnibus aliis per que dicta donatio posset irritari vel | variarj. In cuius rei testimonium presentem litteram supradictis Religiosis, tradimus et donamus sigillorum nostrorum | munimine patenter communitam. Datum In Castro Alpurron. Anno Domini M. CC. LXXX primo. IIII. Kal. April. | Indictione IX. — — |

26.

**1281, 8 Brachmonat.**

Vniuersis presentium inspectoribus. Berchtoldus de Eschibach Nobilis affectum Karitatis. Ne labantur cum tempore, que geruntur | in tempore. expedit ut gesta hominum in scriptis redigantur. Nouerint igitur quos nosse fuerit oportunum, quod Johannes dictus de Ro- | tenburch, cum consensu et voluntate. Ebirhardi. Ite. et Berchtoldi liberorum eiusdem, ac ipsorum resignacione prehabita | qui ad nostrum dominium spectare libere dinoscuntur vendiderint et tradiderint duas scopossas, quarum vna sita est in Affoltre

reddens | annuatim. tria frusta. quam colit Heinricus dictus Cinco, altera vero sita est in Lvndenerrun que reddit vndecim quartalia tri- | tici quam colunt. H. dictus Jungelinch et filius suus, cum pratis, pascuis, aqueductibus, ac omnibus aliis iuribus et vsibus ad | predictas scopossas pertinentibus, venerabilibus in Christo . . Abbatisse et Conuentui Cenobii in vrowental iure dominii perpe-| tualiter possidendas, pro quibus traditione et venditione predictus. Johannes recepit viginti Quinque libras denariorum vsualis monete quas | in vsum suum vtilem et necessarium conuertit. Renuncians insuper omni actioni, defensioni, exceptionj, non numerate | pecunie, beneficio restitutionis in integrum, iure minoris uel maioris, ac omni alio auxilio legum et Canonum | Constitutionis et consuetudinis, per quod, que, uel quas, dictus contractus in toto uel in parte posset ali- | qualiter viciari. promittentes nichilominus predictis . . Abbatisse et Conuentui prestare Warandiam ipsarum scopossa- | rum in omni iudicio Ecclesiastico uel seculari. In cuius rei testimonium presens littera traditur . . Sepefatis | Abbatisse et Conuentui Sigilli mei munimine patenter communita, Acta sunt hec in villa Masvandon Anno | domini. Millesimo. CC. LXXX. primo. In Octaua pentecostes Indict. IX. presentibus. Cellerario de Maswandon. | Jacobo de Sengen. H. fabro de Takelshouen. Walthero de Woloshouen. Jo. filio suo. Walt. dicto Chymo. H. | de Rvti et R. fratre suo. Chvonr. et Heinr. fratribus dictis fludre. et aliis fide dignis —

## 27.

### 1284, 2 Weinmonat.

Wir dü Abbatiſſin, vnd der Conuentus von Vrowental, tvn kvnt allen den die diſen brief an- | ſehin oder hoerin leſin daz Heinrich der ſmit von Maſſewandon hat gegebin vnſerme Gotteſ-huſ zwo | Schuopoſſe ſin ledigeſ eigen dc gelegin iſt ze Rickenbach mit allim rehte. vnd hat dc wider emphangen | zerechtem Erbe ime vnd ſinen erbon iemer mere allv iar vmbe einen vierdunch wachſis von beiden | Schuopoſſin. dero hat der vor genant . . Smit eine gegebin . . ſiner tohter mit allim dem Rechte als er | ſolte. vnd hat dü ſi emphangen von vns, vnd hat ſi gemachit Brven ir wirte ze rechtem lipge- | dinge mit vnſerme willen vnd

mit vnſer hant. Eine Schuopoſſe hat er im ſelbin behebit. | vnd git aber ſuonderlich von der ein halp phvnt wahſis allü iar iemer mere. Diſen zins als | hie beſcheiden iſt, ſullen wir von den vor genanton Schuopoſſen niemer gehöhcheron noch dichein | rechtvnge dar vf mere geſezzin. Dis geſchach ze Vrowental An Sant Leodegarien tage. | do man zalte von Gotteſ geburt. Tvſint. zwei hvndert. Ahzig vnde vier iar. Hiebi | warin zegezugen. Her Walther der herre von Eſhibach. Her Berchtolt ſin Svn, der herre von | Snabelburk. Her Walther von Iberg. Heinrich der kelner von Maſſewandon. Chvonrad der kovf= | man. Ruodolf von Rüti. Berwart. Chuonrat von Tüfebechv. vnd ander erbere lüte genuoge. | Das diſ ſtete ſi vnd ouch ane valſh ſtete belibe. ſo han wir dem vor genanten Smide. vnd | ſiner tohter. Brün ir wirte. vnd allen ir nach chomen. diſen brief gegebin vnd beſigelt mit | vnſerre vor genanton herron von Eſchibach beider ingeſigel vnde mit vnſerme AmetI. |

## 28.

### 1285, 13 Chriſtmonat.

Uniuersis presentem paginam inspecturis . . diuina permissione Abbatissa, Totusque conuentus Mon. Vallis sancte Marie Constant. dyoc. in domino caritatem. Quoniam humane fragilitatis memoria | vt plurimum obliuionis nube contegitur, nisi contra eos qui fraudes moliuntur infundere, scripturarum patrociniis illustretur. Nouerint igitur quos nosce fuerit oportunum. quod uir prouidus ac discretus | dominus Johannes Rector Ecclesie in Wediswile olim incuratus in Sarmanstorf, sanus corpore, ac sana preditus ratione, saluti sue prospicere cupiens, possessiones suas, que ad ipsum jure proprietario | ex titulo emptionis iamdudum conquisito, spectare noscuntur, sitas in parochia siue territorio Ecclesie in Sarmanstorf, quas. H. de Egliswile, R. dictus Alant, H. sacrista, Gysela dicta | Lvscerin, et quidam alii excolunt, viginti quinque modios tritici, cum duobus quartalibus, Mensure Tvricen., singulis annis reddentes, necnon domum suam sitam in Bremgarton cum | orto sibi adiacente, contiguam domui fabri de Ottenbach, superne gracie super eum irradiante fulgore, nobis ac nostro Monasterio tradidit solempni donatione antea facta inter uiuos, cum | omnibus

pertinentiis, videlicet juribus, Consuetudinibus, seruitutibus, ad eos spectantibus quocunque nomine censeantur. Renuntians pro se ac pro omnibus suis heredibus, et successoribus beneficio restitutionis | in integrum, statuto, edito, uel edendo, priuilegio impetrato seu impetrando, omni auxilio legum et Canonum, et breuiter omni exceptioni juri et facti, per quam hec donatio rite et legitime facta posset in posterum | irritari. Porro ne huiusmodi beneficii ab aliquibus iudicemur ingrate, Nos eidem Rectorj in aliqua saltem uicissitudine Respondere volentes, vnanimi consilio et consensu, vsufructum in dictis possessionibus | sibi et prefate Gysele Luscerine, que mater est Margarete, Richenze, et Lucie, nobiscum degentium, pro vite sue termino sub annuo censu, videlicet Quatuor denariorum vsualis monete, in festo feli- | cis et Regule annuatim soluendorum, plenarie utique in solidum. Sub presentis pagine testimonio duximus concedendum, domo predicta cum orto eodem nichilominus in hoc titulo concessionis inclusa, | Si tamen ipsa Gysela per incontinentiam se decetero non immiscuerit amplexibus alienis. Si enim tractu temporis fornicatio seu alius concubitus qualiscunque contra eam legitime probatus extiterit, de fructibus | memoratis eam nichil omnino habere contingit. Profitemur insuper quod ex pacto in donatione nobis facta ab antedicto Rectore interiecto, postquam ipse et sepedicta Gesela a presentis vite miseria sub- | lati fuerint, Nos tribus filiabus prenotatis nobiscum vitam agentibus de ipsarum possessionum proventibus, et specialiter de eis que Rennengvot nvncupantur, in peculiaribus indumentis, videlicet pellibus, | pelliciis, Calceis, Tvnicis et Cucullis, atque aliis quibuslibet oportunis, preter communes vestes eisdem a conuentu anno quolibet assignandos, prouidere tenemur. Preterea cum sexus femineus | naturali fragilitate assiduis debilitatibus sit subiectus, firma sponsionc promittimus, quod omnj tempore quo eas infirmari contigerit ipsis in omnibus ad consuetas infirmantium consolationes | spectantibus tenemur ex pacto conuento sine contradictione qualibet ministrare, provt tunc quantitas, modus, et qualitas infirmitatis exposcit. Ad premissa siquidem fideliter exequenda, Nos et nobis | in hoc Mon. succedentes tenore presentium firmiter obligamus. In tantum etiam vt si in ipsa provisione ita negligentes extiterimus, quod dicte filie secundum iudicium discretorum in aliquo defectiuam uideantur | sustinere iacturam,

pso facto omnes memorate possessiones ad reuerendos in Christo . Abbatem et Conuentum de Capellis immo potius ad eorum Mon. lebent cum suis pertinentiis immediate deuolui, ab eisdem | vt- ıuta res proprie perpetualiter possidende. Horum testes sunt Wal. ıobilis miles de Eschibach, Volr. nobilis miles de Rvsegga. ohannes de Rotenburch. H. cellerarius de Masswandon. H. renno Volr. hospes. H. sacrista, Rvodolfus Alant. Wernherus de Tu- ego, H. de Egliswile. H. de Mvre et plures alii. Et licet hec amdudum, sicut ex pluribus super hiis instrumentis confectis | larius eliquescit, acta fuerunt, sunt tamen in nostro Mon. jnno- ata. Anno domini. M. CC. LXXXV. Idibus Decembris, Indict. XIIII. Et ut omnia premissa firmiorem sortiantur effectum, presentem itteram sigillis | venerabilium in Christo abbatum . . de Mure, t . . de Capellis, necnon abbatisse nostre, quo et nos conuentus timur, presentes duximus roborandas. Item Ego Johannes Rector refatus omnibus prescriptis consentiens et | subscribens, etiam neo sigillo presentes litteras roboraui.

## 29.

### 1287, 26 April.

Allen dien die diſen brief geſehen, dien kvndet Sweſter Jta, v Eptiſchenna vnt der Samnvng, von vnſer vrowental, vnt Jch Gotfrit, der Herrv von Hvnoberg, | dv ding, dv hie nach ge= ſchriben ſint. Ellv dv mengi dvr lvton ſol wiſſen, dc wir von nſer vrowental, ein Wuor zvnſer müli haton gebvwen, vnt och ioch han | indem Waſſer der Lornzon, von dem ſelben wuore do prakvn vnz an vnt vnſer gotzhvz, Peter der Spiller, von Rvmol= inkon, vnt ſin ſvn Henrich. vnt Walther von | Emminkon, vnt Rvodolf ſin Brvoder, die mich den herren von Hünoberg an= öerent, dc ſi an zwein akern die ir ſint, da von groſſen ſchaden ietin, | Nach ettwe vil citvs, do kamen wir, dv Eptiſchenna, nt der vor genant Samnvng von vnſer vrowental vber ein, dc oirz vnſer halp lieſſen | zv minnon vnt zv rechte, an Wernhern on Tetenwiſa, vnd Chvonraden den Studer, die Burgerrv von Maſſwandon, Aber ich Gotfrid der vor genant herrv | von hüno= erg, liez an miner lüton ſtete, Peterz vnt Henrichz, Waltherz nt Rvodolfz, die hie genant ſint, an Chvonraden den anman

von Barra. vnt an Arnolden | den ab dem Bvele, von der nidron Kama, dc ſi ez ſchiedin nach minnon, vnt nach rechte. Die ſelbvn viere die ſchiedvn ez alſuſt, dc wir von vnſer vrowental | do zv hant, dien ſelben Lüten die die anſprach haton, gebin, vür ir ſchaden, ein Malter chernen, dc taten och wir zv hant. Dazvo ordnoton die ſcheidman, dc | man vnz die ſelben acher lvwe iemer me, alſo dc wir ellü jar da von gebin Petre vnt Henriche Walthere vnt Rvodolfe vnt allen ir nachomenen einen Müt | kernen zv rechtem cinſe. Wer aber. dc ſi die ſelben acher wider woltin nemen zvheim cite, ſo ſvn wirz wider lan. mit dien gvdingen. dc vnſer wuor ſol bliben | vnt ſwc da von ſchaden dien ſelben achern biſchicht, dc vnſvn wir noch vnſer gozhvz niemer mit nvte gebeſſron. vnt ſi ſvnt den ſchaden haben an alle | Widerſpracha. Dirrv dingon vergich ich Gotfrit von Hünoberg dc ez mit min willen, vnt miner Lüton der vorgenandon iſt beſchehen. Dc ſelbv | ſprich och ich dv Eptiſchenna vnt der ſamnvng von vnſer vrovwental. vnt binden vnſ vnt vnſer nachomen vnt vnſer lüte. vnt ich Goetfrit mich | vnt min nachomen, vnt min lüte ſtete zvhebenne dv gvdinge, vnt die geſezvnga, die hie vor geſchriben ſint. vnt dc dc ſtete blibe. ſo han wir zwen | brief heiſſen geſchriben die glich ſtant. vnt die ſelben briefa ſint beſigilt mit vnſerm Ingeſigel der vorgenandon Eptiſchennon von vnſer vrovwontal, | vnt mit mim ingeſigel Gotfritz dez herren von hünoberg. Diſ beſchach vf dien ſelben achern dar vm der chrieg wc bi dem wuore. Nach vnſerz | herren geburte vber tvſeng vnt zwei hvnder vnt achig vnt ſiben jar, mornendvz nach ſant marrtage. Dir brievon ſol iewedre teil ein gehalten, | dar vm dc der ſcheit ſtete iemer me blibe. Wir peter vnt Henrich, walther vnt Rvodolf die da vor geſchriben ſint, vergehen an diſen | gegenwurtigen briefe, dc ellü diſü ordinvnga vnt ſezvnga mit vnſer wiſſonga vnt willen iſt beſchechen vnt geſchriben, vnt binden vnz | vnt vnſer nachomen zv bvhaltenne ſwc hie geſchriben iſt an allen argen liſt. Diſ beſchach an dem iare, tage vnt ſtete alz hie vor geſchriben | iſt.

## 30.

### 1287, 30 Chriſtmonat.

Vniuersis Christi fidelibus ad quos presentes Littere pervenerint Soror Ita Abbatissa et Conuentus Vallis sancte Marie, Cyst. ord.,

Constant. Dyoc. noticiam | rei geste. Nouerint quos nosse fuerit oportunum, quod cum vir Nobilis dominus Rvodolfus de Wedisswile, quondam possessiones suas, videlicet Curiam dictam | Lvtringen, et Curiam Vnderdieneiken, et possessiones dictas Ovtensegel, cum omnibus suis Juribus et attinentiis, predilecte filie sue Domine Katerine, tempore | illo, quo ipsam pie recordationis Domino Petro de Hvnoberg Militi maritauit, propter nupcias dederit, et contulerit, libere, et pacifice possidendas et | habendas, Et idem dominus Petrus aliquanto temporis spatio elapso, viam vniuerse Carnis fuerit ingressus, et predicta domina Katerina, quondam vxor ipsius | diuinitus inspirata, se cum antedictis Curiis et possessionibus et aliis rebus suis, ad nostrum Cenobium transtulerit, ibidem habitum religionis assumendo. Supradictus | Nobilis dominus Rvodolfus de Wedisswile ad superhabundantem cautelam, Nobis cum ipsa priorem donationem innouando, antedictas possessiones et Curias libere dedit | et resignauit sicut in instrvmento super hoc confecto plenius continetur. Nos vero premissa Abbatissa et Conuentus de communi consensu et consilio, prehabita deliberatione | iam dictas Curias et possessiones, ipsius Nobilis petitioni acquiescentes, eidem, et Domine Anne vxori sue ad vitam ipsorum concessimus pro annuo Censu, videlicet quarta | parte libre Cere, Nobis in festo purificationis beate Virginis persoluende, Ita tamen quod ipsis duobus Coniugibus cedentibus, vel decedentibus, in premissis bonis nullus heredum | uel successorum suorum aliquid Juris habeant vel vsurpare presumant. Sed ad Nos reuertantur libere non obstante alicuius contradictione. Huius rei testes sunt, Venerabilis in Christo dominus Rvod. | Abbas de Capella. Rvod. de Goldowa monachus suus. Johannes decanus jn Wedisswile. Rvod. de Turri Miles. Rvod. Negelli. Henr. filius ipsius. Henr. Negelli | et Henr. filius suus. H. Mettlo. H. Ministri. Henr. filius Helwigis. Vol. et Henr. fabri de Wedisswile. Burchardus de Gebelzholz. Vol. Stovrj et alii multi fidedignj. | Vt autem premissa nullius cauillationis jngenio valeant impugnari vel irritari, presens jnstrumentum sub vno tenore duplicatum, et sigillis, videlicet predicti domnj | Rvod. Nobilis de Wedisswile, et nostro, videlicet Abbatisse, quo et Nos Conuentus vtimur, quia proprium non habemus, procurauimus patenter communirj. vtrique parti vnum in testimonium | premissorum relinquendum, et fideliter conseruandum.

Acta sunt hec jn Castro de Wedisswile jn lobio inferiori. Anno domini. M. CC. LXXXVII. In crastino festi- | vitatis beati Thome Episcopi et Martiris. Indictione XV. |

Ego Rvodolfus Nobilis dominus de Wedisswilę, et ego Anna vxor ipsius, omnia premissa, presentibus profitemur esse vera et per Nos facta et ad petitionem nostram conscripta | et ad ea fideliter conseruanda, Nos firmiter obligamus presentium per tenorem, et vt hec firma perseuerent, presenti jnstrumento sigillum meum de certa scientia jussi | apponi. quo et ego Anna antedicta vsa sum in hac parte. Actum Anno domini, Loco, Die, et jndict. prenotatis. |

## 31.

### 1299, 8 Jänner.

Vniuersis Christi fidelibus ad quos presentes littere peruenerint. Soror Katherina Abbatissa totusque Conuentus Mon. Vallis sancte M. Cyst. ordinis Constant. dyoc. | noticiam subscriptorum. Litis occasio successoribus amputabitur. et calumpniandi materia preuenitur. cum negocia nostri temporis litterarum apicibus commendantur. | Nouerint igitur quibus nosce fuerit opportunum. quod venit ad nos Volr. dictus Lvzzer cum honestis et probis viris rogans et supplicans | humiliter et devote. ut sibi possessionem nostram. sitam in territorio ville de Sarmansdorf singulis annis septem modios tritici soluentem | quam pie memorie Gisela dicta Lvzzerin mater ipsius Volr. colebat. et residentiam habebat in ea. pro tempore vite sue ad colendum pro censu trium | Modiorum tritici. et vna libra piperis concederemus. Nos vero de Consilio bonorum prehabita inter nos deliberatione. precibus eiusdem Volr. condescenden- | tes, prefatam possessionem, pro tempore vite sue. predicto Volr. nomine nostro colendam concessimus. et per presentes concedimus. pro censu trium Modiorum tritici | et vna libra piperis, nobis et nostro Mon. in festo sancti Andree absque contradictione persoluendis in domo nostra. hiis condicionibus adiectis. quod | si sepedictus Volr. Lvzzer prelibatum censum, termino et loco iam dicto non persoluerit. aut immediate infra spacium IIIIor sequencium septimanarum, | prenotata possessio ad nos deuoluetur. et libere reuertetur contradictione qualibet non obstante. Testes qui nterfuerunt ad hoc vocati et rogati | sunt. frater H. subprior.

frater Burchardus Maior cellerarius, monachi et sacerdotes de Capella. frater petrus senior. frater Volr. et frater petrus de Rifferswile, frater | H. de Gisinkon. frater R. de sant marien halton. Walt. de Luceria ciuis de Bremgarthen. R. felsch de halwile. R. Wrzo de hilfinkon, | Volr. Walder. petrus. et Chvenzinus Molendinarii et alii fidedigni. Acta sunt hec in Valle sancte M. in Stupa hospicii dominarum. Anno domini M. CC. LXXXX. | Nono. feria quinta proxima post Epiphaniam, Indict. XII. In cuius rei testimonium presens jnstrumentum sub uno tenore duplicatum. Sigillo nostro | videlicet Abbatisse quo et nos conuentus vtimur, quia proprium non habemus, vna cum sigillis Venerabilis domini R. Abbatis de Capella. ac strenui viri. domini | hartmanni de halwile militis. roborandum duximus, vtrique parti vnum relinquendum in testimonium omnium premissorum. Anno loco die et indict. prenotatis. | Nos vero Abbas de Capella et ego hartmannus miles de halwile ad peticionem partium premissarum sigilla nostra presentibus appendimus | in testimonium et robur omnium premissorum. |

## 32.

### 1300, 17 Hornung.

Wir Elſebete von gotz gnaden Eptiſſin des Gotzhus von Zürich, tuogen kunt, allen den die diſen brief ſehen, oder hörent, das | Hug. Johannes, Ruodolf, vnd Adelheit, Heren Rudolfs ſeligen kint Maneſſen, burger Zürich, verkoufet hant ir Wingarten ze Ben= | klinkon, des ein halbe Juchert iſt, dar an einhalb ſtoſſet Wernhers des Krutes guot, vnd anderthalb der. frouwen ab Oetenbach, ein | halbe Juchert Rebon. lit ze Schorren, dar an oberthalb ſtoſſet. Johannes Agerlis guot des ſniders, vnd nidert= halb der Wideme guot ze | Rüſchlinkon. Ein halbe Juchert Rebon lit vnder Blatton, Dar an oberthalb ſtoſſet Johannes guot ze Nidebrugge, vnd niderthalb dran Heinrichs | Ottelis. Anderhalb Juchert Rebon, vnd ein Hofſtat ligent ze Rüſchlinkon, dar an oberthalb ſtoſſet Johannes vnd Heinrich von Herton guot, vnd nidert= | halb dran der Zürich Se. Siben kamer Rebon ligent ander Schaltun, Dar an oberthalb ſtoſſet Heren Heinrichs guot von Lunkvſt des ritters, vnd | niderthalb der Zürich Se. Ein Juchert Rebon ligent zem Rore, dar an oberthalb ſtoſſet der . .

Chorherron guot der Bropſteige Zürich, vnd | niderthalb Johannes vnd Heinrichs der Herton, Jr Holtz, ze Hagen mit wunne vnd mit weide, dar an einhalb ſtoſſet der frouwen guot | von frouwental niderthalb, vnd oberhalb Johannes des Herten guot. Ein Holtz lit in dem Kenel ob Ezzelnberg, Dar an ſtoſſet, Heinrichs | deſ Girs, vnd Chuonrates deſ Huobers guot zwein ſiten, Ein Holtz lit ob Lengen Mos, dar an niderthalb ſtoſſet Heren Volrichs guot von Schönen= | wert, vnd oberthalb Jacobes Blums. Ein Holtz lit an der Silhaltun, dar an niderthalb ſtoſſet der vorgenanton Chorheron Hof ze Rüſchlikon, | vnd drobe hin, der Heron guot von Bubinkon, Walthers von Affoltre, vnd Heinrichs deſ Herten. Ein Holtz lit in dem Lo, Dar an ſtoſſet | niderthalb der Spitaler guot von Zürich. Vnd oberthalb die Wideme ze Rüſchlinkon .......... Zwiſchen der frouwen guot | von frouwental, vnd der vorgenanten Chorherren. Vnd ein hofſtat lit ze ......... Zürich, vnd | oberthalb . Chuonrates deſ Herten du ir eigen waren, mit allem dem r .......... ört. Dien | erberen frouwen der . . Ebtiſſin vnd dem . . Conuent deſ Gotzhus ze ....... d ſint ouch | der elleklich von in gewert. Vnd gaben die vorgenanden güter vf, ....... vur lidig eigen, | mit dem gedinge, daſ wir ſu . der . . vorgenanden Ebtiſſin vnd dem Conuent z ......... uhin. Vnd alſe lihen | wir die vorgenanden güter, an vnſers Gotzhus ſtat mit allem dem ſo der zuo gehört, br ..... von Choſtenze, vnd bruoder | Volrich von Rüti, an der . . Ebtiſſin vnd deſ Conuentes ſtatt vnd in ir namen ze frouwental, die ouch deſ ſelben Conuenteſ bruoder ſint, ze | rechtem erbe, vmbe ein Züricher pfenning Jerliches cins, vnſerm Gotzhus ze heiligen Krüces tult ze herbeſt ze gebenne ewekliche. | Ouch hant du ſelben kint gelobt mit guoten trüwen, vür ſich vnd ir erben der ſelben dirre güter ſo hie vor ſint genemet, mit allem | rechte ze ſume vnſers Gotzhus vur lidig eigen, vur recht erbe von vnſerm Gotzhuſe . . der Ebtiſſin vnd des Conuentes | ze frouwental, nach rechte, ſwa ald ſwenne mans bedarf. Diſ hant die vorgenanden Kint. Ruodolf vnd Adelheit alles getan. mit dem | guoten willen vnd mit der hant. Otten Maneſſen ir vettern, vnd ir rechten vogteſ, als er in mit vrteilde vor Gerichte gegeben | wart. Vnd hierüber daſ diſ alles war ſi, vnd ſtete belibe, dur die bette der ſelben Kinde vnd ir vogteſ, Hugeſ vnd Johannes | der vor=

genandon ir bruoder, ſo geben wir der . . Ebtiſſin vnd dem Conuent ze frouwental, diſen brief beſigelt mit vnſerm Ingeſigel | zeim offen vrkunde . . Dis geſchach vnd dirre brief wart Zürich geben in vnſerm houe, do von gottes geburte waren zwelfhundert | vnd nünzig Jar, vnd dar nach in dem zehenden Jare. An dem Guoten tage nach ſant Valentineſ mes. Da ze gegeni waren. Her | Biber vnſer Schultheize, ritter, Her Ruodolf pfung. Her Ruodolf Krieg. Lütolt Gnurſer. Dietelo. Heinrich pfung. Johannes ſin bruoder. Bilgeri. Heinrich | der Kamerer. Walther von Wettiſwile. Volrich von Honrein. Volrich deſ Trübers knecht waſ. Ruodolf der friie. Chuonrat der weibel | Ruodolf der Türſte. Burchart Criſberg. Und ander erber lüte biderbe vnd genuoge. | [1])

[1]) Wo mehr als zwei Punkte angeführt ſind, iſt die Urkunde verdorben.